



ne fuit, ex Sancti Augustini sententia, ut quantum virtus hoc sit amabilis iudicare possimus: verum satis est oculos conijcere in eam rationem, qua homines vivunt, ac in mundi commercio se gerunt, ut intelligamus nullam virtutem negligi magis hac, & nullam hac esse infrequentiorum. Etenim quotquotque omnes illius regulas servat, eas etiam, quae decorum impensissimè flagitant seu ratione locorum, in quibus sumus, seu personarum, qui nos considerant, & fortasse propius explorant? Plurimos quidem videbitis, qui compositum oris habitum servare non possunt, & qui non aliam habent posturam, quam eam, quam vel fors, vel libido illis tribuit: alios, quorum incompositus est corporis status, gestus inconditi, oris species morosa, vel etiam contemptrix, tale vero ingenium, ut ob rem quamlibet exasperentur, omneque exasperent: alios demum, qui ut hilari videantur ingenio, nimiam adhaerent licentiam, sibi ea fas esse putant, quae minime decet, & quovis ludunt in verbis, & qui letari non possunt, quin pudori officiant, atque modestia. Hoc in omnibus fere ceteris mortalium videtur: ita ut modestia, quo olim fidelis ab Ethnico scernebatur, ab omni profanis mundi consuetudine extorris, atque proscripita inter Claustra concessisse videatur. *Idem. ex parte.*

Quamvis modestia in omni personarum genere sit commendabilis, praesertim vero ab Apostolo fidelibus omnibus etiam, atque etiam commendatur; & modestia haec nihil sit aliud, quam externus corporis habitus compositus ad rationem, & decori ideam, quam sapientes conceperunt, oblivisci tamen nunquam debemus illam veram esse debere pro variate sexus, aetatis, status, & professionis personarum, immo etiam locorum, rerum, temporum, eorum, quibusque consuetudinis, aliarumque circumstantiarum, alioquin ipsum etiam decorum violatur. Etenim decerentem magistratum, ac praetextatum virum incedere, loqui, & agere, ut militem, militem vero aequo gravem, & scitum esse, ac praetextatum? Ecclesiasticum, vel caenobitum aorum mores imitari, qui in mundi luce, & in aula versantur? Adolescentulum senis gravitatem affectare, & virum jam aetate provecitioris sese tamquam adolescentulum gerere? Matriona immodestie nomine redargueretur, nisi aliam praeserferret verecundiam, quam quae virum decet. Oportet igitur, ut haec virtus nostrae personae, aetatis, & conditioni se accommodet. Ad haec attendenda insuper est ea, quae transgreditur, actio; quis enim ignorat majorem in ludo, quam in communi consuetudine non decedere licentiam, quandoquidem ideo iudicatur, ut mens a ferriis occupationibus relaxetur. Quis ambigit, utrum oris specie, alioque vultu negotiis vacandum sit, quam cum amicis colloquendum; cum alienis gravius, quam cum familiaribus agendum; cum principibus viris aliter ac cum hominibus e vulgo sermonem habendum; ac ut verbo me expediam, modestiam, & decorum cum Christianum, tum urbanum suos habere canones proprios locorum, temporum, personarum, & negotiorum, quae varias agendi rationes exposcunt. *Idem.*

Modestia, Sanctus hic Ecclesiae Doctor ait, omnes actiones, ipsa etiam verba commendat, prohibetque ne plurima vel faciamus, vel dicamus, quae audientes offendere possent. Saepè verbum imprudenter elapsum cor aperit, & secretissimas etiam retegat cogitationes. Ipsum vocis sonum libet modestia, ne cuiusquam offendat aures vox fortior. Silentium quoque ipsum, in quo est reliquarum virtutum otium, maximus est verecundiae actus: denique si aut infantis putatur, aut superbiae, proprio datur, si verecundiae, laudi ducitur. Opus quoque est, ut omnis exterior corporis habitus, incessus, motus, gestus modestiam redolent: externa quippe species animi statum ostendunt, & quamvis affectus lateant, hi tamen per exteriora signa se produnt. Utrum aliquis inconstans sit, superbus, ambitiosus, an sapiens, patiens, & cautus, facile deprehenditur; motus corporis est quaedam vocis species ea reagens omnia, quae in anima delitescunt. *Ex S. Ambrosio lib. 1. de Officiis cap. 18.*

Sunt etiam qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, & quasi quaedam sercula pomparum, & statuarum motus notantium, ut quocienscumque gradum transferunt, modulos quondam servare videantur. Nec cursum ambulare honestum arbitror, nisi cum causa exigit alicuius periculi, vel iusta necessitas. Nec in illis ergo tamquam effluvia simulacrorum probo, neque in istis tamquam excuriorum ruinas. Et etiam gressus probabilis, in quo sit species auctoritatis, gravitatis pondus, tranquillitatis vestigium, ita tamen ut studium desit, atque affectatio, sed motus sit purus, & simplex. Nihil enim fucatum placet. *Idem.*

Modestia cum sit omnibus aetatibus, personis, temporibus, & locis apta; tamen adolescentem, juvenilemque animos decet. In omni autem servandum aetate, ut deceat, quod agas, & conveniat, & quod tibi ordo vite suae. Unde Tullius etiam ordinem putat in illo decoro servari oportere: idque positum dicit in formositate, ordine, ornato ad actionem apto, quae difficile, ait, loquendo explicari posse, & ideo satis esse intelligi. Verecundia in ipso quoque corporis decore plus eminet: ita tamen ut etiam ipse non sit adfectatus decor corporis, sed naturalis, simplex, neglectus magis quam expetitus, non pretiosus, & alibentibus adjunctis vestimentis, sed communibus, & honestati, vel necessitati nihil desit, nihil accedat nitenti. Vox ipsa non remissa, non fracta, nihil faveum sonans, qualem multo gravitatis specie simulare confueverunt; sed formam quandam, & regulam, ac succum virilem reservans. Hoc est enim pulchritudinem vivendi tenere, convenientia cuique sexui, & personae reddere, hic ordo gestorum optimus, hic ornatus ad omnem actionem accommodatus. Sed ut mollicium, & infantum, aut vocis sonum, aut gestum corporis non probe, ita neque aegrestem, ac rusticum. Naturam imitemur. Ejus effluvia formula disciplina, forma honestatis est. *Idem. in capite sequens.*

Liquido constat nulla re magis quam faciem, modestoque oris habitu proximam edificari posse, inveni enim nihil nisi exteriorum speciem possunt intueri, quae illos movet, & efficacius illos persequat, quam verborum strepitus, ac tonitrua. Et profecto corporis habitus humilis, atque mortificatus populo placet, ac mundi contemptum suadet, illum ad peccatorum penitentiam ciet, ejusque cor, & desideria ad coelestia evehit. Hac muta est praedicator, quae saepe majorem effectum obtinet, quam sermones magis disertis, atque sublimis. Ratio vero, propter quam modestia, atque exterior verecundia ita edificat homines, & ab illis tanta estimatur, ea est, quae inde semper optimas interiores virtutes argumentatur. Facies, Sancto Hieronymo teste, speculum est animae, & oculi quantumvis muti illi sint, abditissima illius secreta produnt, nullum speculum est, quod melius exhibeat objecta, quam species oris exterior interiorum animi representat. *Ex visu cognoscitur vir, inquit Ecclesiasticus cap. 19. Et ab oculis faciei cognoscitur sensatus. Amicus corporis, & rivus dentium & ingressus hominis enunciat de illo. Et Spiritus Sanctus loquens per os Sapientis, Homo apostolus, inquit Prov. 6. vir inuicilis, graditur ora peroviso, annuit oculis, vertit pede, digito loquitur. Quemadmodum ergo incomposita facies signum est animi quoque esse inordinatum, ita exterior modestia signum est animi intrinsecus compositi; ideoque illa ut plurimum homines movet, atque edificat. *Rodriguez tractatus de Modestia.**

S. Gregorius Nazianzenus oratione prima, contra Julianum Apatolam narrat, quod cum adhuc puer una cum eodem Athenis operam dedisset scientiis, jam tunc animo hanc opinionem imbuerat, futurum ut ille nequissimus esset Imperator, quia illius immodestiam, atque omnium corporis motuum incontinentiam perspiciebat. Elato incedebat, ait, capite, indefinenter ferebat; torum habebat intutum, neque pedes in lococo poterat continere. Nares lubidae inflabat, vel remittebat in iracundia, atque contemptum indicium: facies, ineptioque jocos proferre geliebant; in cachinnos non negabat, quod res altero quidem memento consulto loquebatur, importunas asserbat interrogationes, interrogatusque procul abs re abhorrentes responsiones reddebat. Illam ex his rebus jam tunc agnovi, antequam ex actionibus cognoscerem, quae deinde conceptum de eodem iudicium confirmarunt; quae omnia ubi attentius considerarem coram pluribus amicis in hac verba prorupi: Qualem monstrum Romana civitas alit! *Idem.*

Si hodierna die mulieribus tantum inestet modestia, atque verecundia, quantum Reginae Ethier, quae Ethnico, idolorum cultori nuperat Regi, ne ille quidem minime essent adeo sollicita, ut sese ostentarent immodesto corporis habitu, fucato, atque emendatis coloribus, qui ad hoc unum profunt, ut videlicet in lucem proferant superbiam, ac vanitatem, quibus mens earum plena est; praesertim vero nolent se in tabula coloribus exhiberi, ut nunc moris est; eo gestu, qui profus modestia, & pudori adversatur, ita ut videatur anima se ipsam sibi praesentare, suadere cogitationes, & affectus palam ostendere. Si enim ex Sancti Basilii sententia anima formam induit exterioris corporis speciei, dicere hic possumus sapiens exter-

Modestia enim omnium, atque conditionum est. Modestia adfectus propterea, omne, quod lucet Deo.

Judicium quod vultu S. Gregorius Nazianzenus de illius habitus videtur immodestum esse corpus habitum.

Perniciosum mulierum consuetudo, quae se in tabula immodestis coloribus exhiberi, ut nunc moris est, eo gestu, qui profus modestia, & pudori adversatur, ita ut videatur anima se ipsam sibi praesentare, suadere cogitationes, & affectus palam ostendere. Si enim ex Sancti Basilii sententia anima formam induit exterioris corporis speciei, dicere hic possumus sapiens exter-

nam speciem interiora anima lineamenta, & characteres exhibere. Licet illa ipse, quae adeo immodesta representantur, resque istae non essent, quales in imagine exhibentur; similes tamen quamprimum sunt, & mira ordinis perturbatione, quin tabula inicitur prototypum, saepe prototypus sese ad tabula colores contormat. At non solum imago efformatur secundum rem format, quae est illius imago; sed effectus etiam, quem hujusmodi tabula obtinet in eis, a quibus videntur, prototypi vultu infinita promodum exemplaria ferentes; praesertim vero adolescentem, quorum spiritus adhuc est parum ferus, fuscule animas suas, externumque oris habitum pingunt secundum id genus prototypos, & nequissimi eorum lineamenta mutantur. Adde his, cum pictura vulgo naturales defectus corrigere, atque novas addere venerit confueverit, multo periculosior est, quam quidquid extat in prototypo. *Ex Autore supra.*

Cum ex vitis omnibus immodestia oculis maxime pateat, nullum vitium est, quod gravius scandalum, & periculosius asserre valeat exemplum. Quin immodestia vitia omnia, atque peccata quae scandalum gignunt, ut plurimum contagiosis, scandalique principium ab ipsa desumunt immodestia. Sine hac superbus talis non videretur, qualis est; illius timor intra cor ejusdem subsisteret, ejusque vanitates cum magnitudinis sua phantasmatis, gloriisque chimeris in capite ipsius contingerent: sine hac impudici lues sese infectu non essunderet, cumque generatim vix omnes, per quas vitia egredi confueverant, essent obstructa, homines hac in re saltem in tuto essent, ac nemini metuenda esset pravi exempli contagio, vel scandali ruina. Verborum, igitur, gestuum, actionumque immodestia illa ex tenebris, quibus insculpta esse debent, eruit, atque in externa corporis specie male composita tradit cognoscenda. *Pater le Moine in Tradatu de Modestia.*

Cum facies sit cordis index, quemadmodum qui herologium inspicimus de rotarum composito, vel inordinato motu iudicium ferunt ex indicis motu composito, vel inordinato. Ita de cordis tranquillitate, ac tumultu conjungimus ex oris serenitate, vel nubibus, uti liquet in ira, exterrificae affertibus, quae certissime mutationem aliquam gignunt exterioris corporis habitu, statim ac esse incipientur. In faciem vero potissimum maxime prodeunt. At licet non alia superpetitum causa, celanda tamen esse turba, quam gignunt, & pro decora, quod ubique servandum est, virtutibus omnibus aditendum esset, ut facies serena videretur ab his nubibus vacua, quae moeror, ira, tristitiaque offendunt modestiam profus oppollet, & quae semper signa sunt interioris alicujus perturbationis, atque tumultus. *Idem.*

Modestia est virtutis documentum: nonne hoc innuere vult S. Hieronymus, ubi inquit, verba, gestus, ornatusque ipsos eorum, qui virtute praediti, modestique sunt, tot esse dogmata, atque axiomata, ut per oculos deoatet bonum ab hominibus exercendum? Nonne hoc in sensu Martyr S. Ignatius ait, modestiam publicam esse disciplinam? Sed Sanctus hic majori adhuc encomio modestiam celebrat, cum illam religionis disciplinam appellat; quocumque in sensu illam desumit, sive innuere velit, illam cum religione ortam, ejusque veluti pedissequum esse, seu tamquam mediaticum non ad eandem reducere: uterque titulus est aequalis dignitatis, ejusque meritum atque praestantiam confirmat. Illud vero majori est habendum in pretio, quod cum virtus sit, virtutem tribuit pulchritudini, quae sine eadem semper est periculosa; cum sit sancta, sanctificat lepores ipsos, ita ut Deo placeat possint; & hac in re toto celo abhorret a vanitate, quae corpus exornans corruptio animam, faciem fordidam animae condecorat, & brevi duraturam pompam sibi in aeternum supplicium convertit. *Idem.*

Cogitatio Dei praesens, ac nos ubique videtis non parum prodest ut semper modesti, & verecundi sumus & ne quid contra pudorem, atque decorum peccemus, vel ne quid admittamus, quod tenebrarum audiat licentiam: etenim pro illo semper dies est; atque homo in se ipso lucernam gestat, quae ipsum laetare, vel aliam personam induere non patitur, quae, quidquid ille facit, aperit teli, qui semper explorat, achori, qui jugiter illum accusat, Judici, qui in errorem induci non potest. Fidelis, qui de veritate hac sit persuasum, est ubique oculis Dei patere, & quocumque in loco sit, & quocumque agat ab eodem videtur, potestne oblivisci reverentiam, quam debet illi, atque verecundiam abicere? Potestne modestiam, & decori fines excedere? Si sola cogitatio videndi ab homine gravi, ac sapiente, flagitiosissimè etiam frantum

esse potest; oculi Dei, quibus nulla nox est, quae clara non sit; nulla tenebra, quae non luceat, nullam in nobis potestatem habebunt? & ad aspectus illius, cui nihil est clausum, nihilque secretum nos in officio colubere non poterit? *Idem.*

Consideratio, qua Apollolus utitur, ut nobis modestiam suadeat, effectax est procul dubio; sed longe magis urget Ecclesiasticum, qui ad Deum propius accedit; & si mecum reputare volueritis, quot modis ad eum propius accedat, inveniatis illi totidem speciosus, & peculiaribus causis religioforum servandum esse modestiam. 1. Ecclesiastici sunt propria Domini hereditas, & possessio. 2. Sunt veluti pars inter Sanctuarium. 3. Sunt tamquam vox Jesu Christi; per illos loquitur, ac sensus explicat suos: verbo quemadmodum ad Deum propius accedunt statu, ministerio, ac peculiaribus magis expressa similitudinibus lineamentis, ita majorem praeserter modestiam, atque verecundiam tenentur. *Idem.*

Quamvis modestia documenta, atque exempla adolescentibus debent auctoritate? Nonne solo corporis habitu illos erudire, atque edocere; ad officium Novocare, in coque ad aspectu solo continere tenentur? Nonne tot illis regulas debent, quot gestus edunt, tot praecpta, quot profertur verba? Nonne affirmare possumus vitia his in civitatibus esse incorrigibilia, ubi qui maritatus obtinent, scandalum praebent; atque incurabilem esse in familiis licentiam, ubi domini omnem modestiam, atque verecundiam abiecerunt? *Idem.*

Sanctus Paulus in altera, quam ad Corinthios dedit, Epistola objectionem adhibet, quae postrema est, atque vehementissima pathetica eloquentia figura: illud vero notandum est, quod non per charitatem, neque per misericordiam Jesu Christi; non per Crucem Sanguinemque illius, cujus virtutem fuerat toties expertus, obstat illos, sed per ejusdem modestiam, quam hoc in loco praefert charitati, & misericordiae, & quam aptiore animis commovendis putat ipsa Crucis, & Sanguine Redemptoris. Hae autem modestia ad persuadendum olim adeo potens, & effectax hodiene vim, ac virtutem amittit? Numquid longae annorum serie infirmata est? Hodie ne adeo parum habere roboris, adeo exiguo haberetur in pretio, ut Christianis modestiam necessitatem persuadere non possit? *Idem.*

Modestia, ex S. Ambrosii sententia, socia est, atque custos puritatis in utroque sexu: sicut enim forma in cordibus concupiscentiae flammam accendit, quae non sine gravi labore Dei metu, atque aeternam veritatem cogitatione extinguitur; praesenti opus est amolito, neque alterum efficacius potest inveniri quam modestia, quae validissimum est contra illius vius antidotum, & quae contra naturalem illius improbitatem duplicem habet effectum. Primus est, quod illius redundit jacula, & simul fulgorem auget; & prohibet tandit jacula, & simul fulgorem auget; & prohibet, & recentem illi addit illecebram. Alter vero, quod validum est praesidium adversus quascumque operationes, quibus tentari potest; etenim, ut Tertullianus ait, cum aliquis sapienter se gerit, & cum oris, corporisque habitum ad modestiam compositum praesertit, reverentiam inspirat, & frangat eorum audaciam, qui in aliquam erumpere vellent licentiam. *Auctor Anonymus.*

Sanctus Hieronymus sciens quam necessaria sit puellis ad mortum innocentiam tuendam modestia, virgini Demetriadi, cujus salutus curam susceperat, suadebat, Ep. 8. ut mulierum hujus mundi, earumque puellarum quae nimis liberae, hilarisque erant, consuetudinem evitaret; eas sibi locas eligeret, quae serie, modestaque essent, & quarum conversatio honesta, sermones sapientes, & probata esset modestia; eorum vero e contra perhorresceret societatem, quae mollem vitam traducunt, quae caput ornare, crinesque comere laborant, & quae arguentis delibata in sola corporis sui cura torquent. Illa, ajebat, amore digna viderantur, quae propriam negligentiam, quae mulierum mundum contemnant, & quae diligentissime sese contengunt, ubi prodire tenentur.

Doctores hujus monitum in primis necessarium est Christianis virginibus, easque docet, in ipsarum potestate esse positum se ipsas a nimium liberis sermonibus, atque importunis libidinorum virorum sollicitationibus liberare, qui inanis laudationibus, assentionibus, operis fuae sollicitationibus id querunt unum quomodocumque eorum amorem sibi concilient, ut eas, si possint, misere perdant. Si enim testatur Sapiens, ritum oris habitum, quod obstruendum excipimus, hunc pudore suffundere, atque prohibere, ne suas persequatur obfretationes; vere quoque dicere possumus, ferium gravem, atque modestum oris habitum in honesta, proba-

Ecclesiastici potius modestiam servare tenentur.

S. Paulus Corinthios per i. & modestiam obstruabat.

Modestia puritatis & innocentiae custos.

Animadvertit in Patri hujus sententiam.

Fidelis modestia esse debet illius ferri, aetatis, & professionis composita.

Modestia in vestra ferri.

S. Ambrosii sententia de modestia.

Modestia in vestra ferri.

probaque famina, reverentiam injicere videntibus illam, ac prohibere ne quid contra decorum dicatur, aut fiat, non secus ac e contra, cum nimiam profertur licentiam, ac blande aliis complacere studet, parum feris fermonibus subridet amatoris fabulis delectatur, & quid de similibus sibi factum fuerit, audire non regit, locum prebet, ut omnes illius ratione possibilibus in liberos, ac flagitiosos sermones erumpant. *Auctor recens.*

Necessum est servare modestiam non solum palam, & coram honestis hominibus, quibus aliqua oboriri suspicio possit, si quid ipsi presentibus licentias diceretur, aut fieret; sed etiam intra privatos parietes, iisque in occasionibus, in quibus ad illius observantiam minus teneri videmur. Profecto citra ruborem, & lacrymas cogitare, & dicere nequeo, non desse nobiles feminas hac in re adeo parum modestas, & verecundas, que e fratro fergunt, & cubium eunt, se induunt, exuuntque, licet eas famuli inspiciant, vel que ab illis operam exiunt, ut induantur, & exuuntur? Hec adeo sensum omnem abiecerunt, ut minime videant quantum scandali hac afferat immodestia? Adeo pudorem omnem exuerunt, ut se in hoc stata a viris videri putarent? Considerantne, conditionem, generique discrimine nequaquam prohiberi criminosas eas cogitationes, quas seculum discrimen fovere potest? *Idem.*

Humilitas sine modestia est velut anima sine corpore; quemadmodum sine humilitate modestia corpus est sine anima; quemadmodum ergo humilitas virtus est generalis, & universalis, modestia similiter ad actiones omnes se debet extendere. Modestus non humilis falso modestus est, vel saltem imperfecte humilis. Modestia sine humilitate ea est modestia, que in hominibus mundi invenitur, quorum urbanitas, & moderatio vulgo non aliud est quam superbi cordis dissimulatio, quod exteriori nitore, & quadam specie humilitatis contegitur, ut in oculis hominum existimationem sibi conciliet. Igitur si eam habere cupimus modestiam, de qua loquitur S. Paulus, vere, & ex corde modesti sumus; & modestia nota sit humilitatis nostre, que sese effundens extrinsecus replere debet omnes actiones nostras ea sapientia, & moderatione, que & Deo, & hominibus nos amabiles prebeat. Hec igitur modestia ex cordis imo prodire debet; si enim exterior esset tantummodo, jam virtus non esset. Anima autem hoc pacto modesta, atque in omnibus actionibus suis verecunda esse nequit, nisi semper Deo vacet, ejusque spiritu gubernetur. Sed precipit etiam S. Paulus, ut modestia nostra videatur, & cognoscatur ab illis, quibuscumque vivimus; innuere quippe vult, non satis esse humilitatem in corde servare, ac de se humiliter sentire, sed sensus hos extrinsecus etiam esse testandos, quod fit per modestiam. *Liber cui virgulus: Instructio Chretnes.*

Modestia in adolescentem potissimum est desiderabilis: certa quippe est interioris virtutis, ac sapientis, optimeque instituti animi nota & argumentum. Animus ex actionibus cognoscitur, & hominis sapientia ex habitu corporis deprehenditur. *Sapientia hominis, Scriptura Eccl. 8. ait, lucet in vultu ejus. Et visu cognoscitur vir. Et ab accusa faciei cognoscitur sensus.* Eccl. 19. Quapropter Sanctus Ambrosius libr. 1. Offic. cap. 18. ait, spiritus dispositionem ex corporis postura dignoscit, exteriorumque motum quamdam esse vocem, que animam prodit. Itaque si spiritum habes sapientem, optimeque institutum, hoc modestia testabitur tui; ac si extrinsecus male compositus, & immodestus sit; hoc certissimum est argumentum, animi tui esse levem, volucrum, & indisciplinatum, cuique ferie cogitationum imparem, omnibusque inanibus, & importunis cogitationibus patrem. Hec autem mala exteriori oris habitus compositio pravum erit signum pro presenti, omninoque prejudicium pro futuro. *Gebiet parte 4. De adolescentis educatione.*

Pro virili incumbit in id, ne in obtutu, gestu, incessu quo tulla sese prodit levitas, atque immodestia: facies tibi sit feris, comis, affabilis, oculorum acies verecunda, oris habitus modestus, & qui sapientem, ac bene natum animum deceat. Talem se prebicum quocumque, vel quibuscumque sis; cum superiorem propter eam, quam illis debet reverentiam, cum aequalibus, vel inferioribus, quia illis bonum debet exemplum; tunc etiam cum solus es, semper enim es coram Deo. Spiritus sapiens, ac bene institutus, ubicumque sit, semper modestus est; non enim modus est, ut hominibus placeat (quod vanitas esse merra) sed ut placeat Deo, a quo semper videtur. *Modestia vestra, Apostolus inquit, nota sit omnibus hominibus, Dominus enim prope est. Idem.*

Præsertim vero in templo modestia servanda est; hac enim domus Dei est, & locus destinatus, ut Deo preces effundantur, & thus adolatur. Illuc magna cum reverentia ingrediendum est. *Cassiodorus, Sapiens enim pedem suum ingrediens domum Dei. Ibi majori cum modestia permanendum, humiliter, devotique corporis postura, que loci sanctitatem maxime deceat. Illuc ergo ingredi tamquam in profanam domum sine modestia, ac verecundia; ibi sine reverentia permanere oculos circumferentes, sine ulla necessitate loquentes, cum his, aut illis ridentes: indecoro corporis habitu ibi persistere, ac indecenter innixos altero quidem poplite in terram flexo, altero autem erecto, & Deum id genus irreverentis, peccata sunt, que Deum magis lædunt, quam vulgo existimetur. Hinc judicium illi de illis, qui in Templis aliquid audient, qui impudicos oculos obtrus circumferunt non veniti in ipsum quod sanctuarium suum inferre libidinem, ac Deum læcesse eo in loco, qui facer est, ejusque cultui devotus. Hoc scelus est, quod Deus per Prophetas suos detestatur, & S. Augustinus in confessionibus suis inter cetera vitæ suæ peccata summo dolore conficitur ob hoc tamquam nulli secundum, pro quo etiam se a Deo, non autem pro meritis, punitum fuisse fatetur. *Idem.**

Modestia in verbis esse, ac in actionibus sita est. Non mediocri virtus est, nosti sapiens loqui, & ut Sapiens ait, viri sapientia est verbis ejus deprehenditur. Loqui autem sapienter in duobus consistit. 1. ne quid dicas quod malum sit vel exalta rem. 2. ipsa etiam bona opportune dicenda sunt, videlicet quando oportet, & uti oportet. Ita veluti pestem perhorresce colloquia prava, que vere bonos mores corrumpant, & plurima in illis signant peccata & in loquentibus, & in audientibus. Fuge etiam equivoca ac duplicem habentia sensum vocabula, que inhonestis cogitationibus aditum præbent. Denique evita verba omnia contumeliosa, & obscena, que vulgo in hominum ore sonant, & que ne in impudicissimo quopiam ferenda sunt; quomodo vero erunt ferenda in homine honesto qui ubique, & quibuscumque in rebus decorum servare didicerit? *Idem.*

Si discretus haberi cupis, atque modestus, ne loquaris, nisi opportune; neque imiteris homines leves, inconditantes, atque inconditeras, qui indisciplinenter bona simul, & malae blatterant, qui fluxum habent verborum, & auribus, quibus audiunt, carere videntur. Infantia est semper loqui, qui ea ponderentur, que dicuntur; & præsertim est oportune loqui, & ad eam respondere: vel tace, sicut sapiens quidam philosophus, vel dic aliquid melius silentio, & pone labiis tuis custodiam prædentiam, atque circumspicionem. *Auctor in parte 4. de Adolescentis educatione.*

Ece quomodo loquitur S. Petrus in 1. Ep. cap. 3. Mulieres pudorem habent, atque modestiam, ornatus erum non sit exterior in capillorum cincinnis, & calamistris, vel in aureis villis, aut indumentorum pulchritudine postus, sed interior in anima fit, atque in invisibili pulchritudine consistat, intrinsecus in corde absconditus, & in puritate spiritus lenis, atque peccati, quod quidem locuples, & magnificum est in oculis Dei ornamentum, quo olim Sancta Patriarcharum conjuges sese decorare consueverant. Si te ipsam tanto studio, atque affectatione comis; si præsertim modestum oris habitum & gestus affectas; ita ut oculi, & affectiones intentionum gravissimas veluti oppugnationibus quantantur; id si feceris, coram Deo culpa non vacas; & scias te postquam causa exiteris, ut alii puritatis iacturam efficiant, ita judicium tui, ac si tu ipsa eandem fueris perpessa. *Cameracensis Episcopus, in libro de Virginitate educatione.*

Non sufficit Christianis virginibus luxum, seculique vanitatem evitare, mundanos ornatus non gerere, & nihil extrinsecus præferre, quod impellere possit homines, ut benevolentiam, atque existimationem ipsi proficiantur. Hæc prima tantum pars est Christiane justitiæ, que in mali fuga consistit; ad hæc præferre tenentur ferium corporis habitum, modestum, atque aptum illis omnibus adificandis, a quibus habentur in pretio. Non desuere primis Ecclesiæ temporibus nupte, inenuptæque puella, que, ubi illis fuaderat, ut muliebrem mundum relinquere, atque extrinsecus eam præferrent modestiam, que seculum eorum maxime deceat, respondebant. se hominum judicium non morari, neque illorum amorem, atque existimationem perquirere; sibi que satis esse placere Deo, cui cordis sui explorata erat affectio, & qui videbat ab illis vanitatem non diligi; sibi tamen cordi esse libertatem suam; & pati non posse, quod lege hæc cogenter. Plurimum successus zelo Tertullianus exarist in hæc se faminas, que vitam ducere volebant parum adeo statui

statui suo congruum. Impugnari fuitiles eorum excusationes, eisque ostendit, eas facere non posse quominus pietatis, & Christianæ modestiæ regulas extrinsecus servarent, quia bonum a nobis faciendum est non coram Deo solum, verum etiam coram hominibus, & Salvatore imperasse. *Matth. 5. ut lux nostra coram hominibus luceat, ut videntes opera nostra bona, caelestem Patrem glorificent. Illis demonstrat non satis esse, cor mundum habere; sed et opus esse, ut eorum puritas in verbis quoque, gestibus, actionibus, totoque corporis habitu eluceat; & nisi illa graves, feræ, modestæque essent, fieri nunquam posse, ut viciorum sollicitationes effugerent; e contra vero si feræ, frugi, ac verecunde ab omnibus videri fuissent, veniem unquam asuram aliquid illis contra earum officium proponere. *Auctor Anonimus.**

Apud S. Basilium legitimus eximium illius modestiæ descriptionem, que Jesu Christi sponsa decet. Dicit illis nonnulli raro esse egrediendum; & cum facere nequeant, quominus prodant, opus esse, ut eam incessis, vestimenta, totisque corporis habitus honestis sit, & pietati ita conformis, ut quicumque illis obvii fuerit, talem admirentur modestiam, atque venerentur, tanquam viventes divinitus imagines, ac præ reverentia oculos dejiciant, ac vehementer ad virtute se allici sentiant. Qui sidem sententis Sanctus Chrysostomus addit, virgo palam prodit, opus esse, ut sit tamquam vivens imago Christi, & pietatis imago, ita ut mortales omnes cum admiratione illam tamquam Angelum de celo delapsum suspiciant. *Idem.*

Exterior modestia eo magis est necessaria, quia secreta quadam enucleatit excogitationum nostrarum, ac status cordis nostri, atque fideles perhibet testimonium omnium affectionum anime nostræ. Quapropter sicut Salomon ex facie nostræ habitu facile judicium esse de internis cordis nostri dispositionibus sive in bonum, sive in malum. Adde his etiam verba, que, ut Sanctus Hieronymus inquit, sunt nostrarum cogitationum interpretes, licet sæpe temere, & inconsulto profertur: *Pro signa signa interioris hominis verba erumpunt. Et quemadmodum prava corporis affectio ex vultu cognoscitur, similiter in corporum habitu, motibusque facile æque est cordis secreta scrutari, & vestigare, ac hominis avaritiam cognoscere ex parvissimo opum suarum usu, atque inordinata minimarum rerum cupiditate. *Alim Recens Auctor.**

Modestia ita decenter exercita, ut nihil eidem valeat opponi, virtus est difficillima acquirenda, quam vulgo censeatur: ut enim ita constans, perfectaque fiat, indiget, ut S. Thon. 2. 2. quest. 168. art. 1. ad 3. animadvertit. aliarum auxilio virtutum, que affectibus moderantur, quorum perturbationes non aliud fructum, quam internæ, externeque immodestiæ. Perpetuam expetit præsentia Domini recordationem, & jugis mortificationis exercitationem ad prohibendos non solum inordinatos corporis motus, verum etiam superfluos, quibus natura oblectatur, atque personam omni tempore, cum omnia in loco subjectam tenet; unde sequitur nullum esse virtutem, que adeo assidam constantemque attentionem, atque tantam in vel minimis actionibus suis vigilantiam perquirat. *Pater Saint una libro sermo de cogitatione, & amore Domini sect. 31.*

Sanctus hic vir singulari præditus erat modestia; gelus, incessus, totusque corporis habitus optime compositus anime ipsius, omniumque facultatum ejusdem egregium statum indicabant. Vultu in terram demisso, gravi, lenoque gradu incedebat, ita ut humilitas ejus nihil efflugeret. Gratia, que repletus erat, abundantia sese in faciem effundebat, ita ut plurimi ex solo ejusdem intuitu commoverentur, in lacrymas ruerent, atque viderent unctorem Spiritus Sancti, quo animatus erat, in facie ipsius, necnon vim ejusdem, qua ad virtutem excitabatur, in totum oris illius habitum resillire conspicerent. . . . Quod vero de generoso S. Luciano martyre legitimus, longe admirabilius est; tantam oris ejusdem majestatem, tantamque in toto corporis habitu tuille modestiam, ut solo aspectu Ethnicos ad fidem converterent, eisque Jesu Christi Religionem persuaderent. Quod cum Maximianus imperatoris, a quo capite damnatus fuit, auribus accidisset, iustit, illum coram se adferri, ut suis ipsimet oculis testis esset veritatis. Verum simul ac Luciano accessit, Tyrannus se tuto in eum oculos conjicere non posse ratus, verebatur quidem, ne incomparabili ejus modestia illestrus, acutusque in Jesu Christi castra concedere teneretur, iustit velum obendi, quo interposito tandem illum esset allocutus. *Idem.*

Quid validus asseri potest ad modestiæ meritum indigantium, que quidem hodie præ ceteris virtutibus

maxime negligitur, quam affirmare hæc maxime necessarium esse ad sanctitatem acquirendam; quomodo enim illius nota est, atque visibilis effectus; qui extrinsecus patet, & efficit, ut judicium feramus de eo, quod latet intrinsecus, non secus ac ex oris colore de corporis alicujus temperamento, ac valitudine judicamus. Dicamus, si vobis lubet, hoc esse naturale virtutis signum, quod nemo non novit; illi enim ipsi, qui speciem dumtaxat virtutis habent, eisque gloriam, & celebritatem affectui cupiunt, adæstant, simulatamque præ se ferre modestiam contendunt; illis quippe persuasum est illam ita sese ostendere, atque extrinsecus prodire, atque illius speciem personamque saltem esse gerendam ab illis, qui haberi cupiunt ab hominibus tanquam virtute præditi; non enim homines virtutem nisi ex modestia cognoscunt. At hæc affectatio, & hypocritis sensibile argumentum est, modestiam esse virtutis notam; atque id unum inspicendum esse, utrum altera sincera, & ac vera sit, ut de alterius sinceritate judicetur. *Auctor sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta, tomo 4. argumentorum particularium.*

Fateor equidem folum virtutis externam speciem nihil esse, sed cum interiore conjunctum esse veluti corpus, quod illam sensibilem facit. Itaque, S. Thomas ait, inter Angeli, hominifque virtutem, hoc discrimen intercedit, quod virtus Angeli, qui merus est spiritus, perfecta, integra est intrinsecus; sed virtus hominis, qui ex anima simul & corpore constat principium quidem intrinsecus habet, sed extrinsecus suam nanciscitur perfectionem. Itaque modestia est veluti flos, & nitor virtutis ipsius, omnem quippe eundem tribuit colorem, atque ornamentum; vel, si mavis, hæc est virtutis insigne, atque vexillum. Ratio vero defumenda est ex ærthissima affinitate, mutuoque commercio, quod interiore inter, exteriorumque hominem invenitur, quo utroqueque bona, malaque sua sibi communicant. Corpus naturaliter sequitur dispositionem spiritus; & animi affectus sese naturaliter æque in corpus effundunt, atque certissimè se signis ostendunt. Ita cum alterius motus rite compositi sunt, necessario & metus alterius sunt compositi; uti e contra simulac in altero aliqua fit perturbatio, statim migrat in alterum; nisi meditate adit adæctato, quod diu permanere non potest. Hinc sequitur modestiam justam esse, constantemque exterioris habitus moderationem, effectum ordinis, & moderatioris interiore facultatum, & affectuum animi; & jure ratiocinatur, qui de causa judicat ex effectu. Ideo præcipit Apostolus, ut fideles primi modestiam suam mortalibus omnibus testant facerent: Ethnici quoque ex nota hoc exteriori judicabant quam religionem Christiani profiterentur, & quenam esset interior virtus eorum; quomodo tanta illius lux effulgere extrinsecus, & mortalium oculos perfringeret. *Idem.*

Si Religiosus in mortalium oculis virtutis præditus videri debet, si tenetur peculiaris quadam ratione redubus in omnibus præbere virtutis exemplum, si status, indumenta, professio ejus efficere debent, ut ab hominibus reliquis tamquam exemplar virtutis habeatur; quo pacto nisi per modestiam muneri huic satisfacere potest? Nonne jure ex eo quæritur, ut talem se gerat extrinsecus, qualem se intrinsecus esse vult exhiberi? Quod si sui characteris, esseque professionis oblitus videtur immodica sese effusa lætitia, & joculariorum hilaritatem præferre, modo impatientia rapiti, & hanc ipsam impatientiam clamoribus, gestibus, & oris perturbatione indicare; si deprehendatur invencunde oculos circumferre; si asperos habeat mores, incompositum oris habitum, nimis elatum vociferum, incessum præcipitem, indecoras corporis posturas: si inquietis motibus in singula momenta locum mutet; si, ut verbo dicam, nihil in tota corporis specie compositum sit, quin quidem de loco haberi conceptus potest, quodnam ferri judicium? Temerariæque judicium erit, si ex homine exteriori de interiore judicium feratur, & si ex modestia exteriori haud sane aqua de internis flagitiis illatio fiat? *Idem.*

Qui meminerit archæ illius affinitatis, que inter hominem interiore, exteriorumque invenitur, haud ita difficile intelligit virtutis habitum frequentius, atque facilius acquiri exterioribus actibus, sensuata mortificatione, & vi, quam nobismetipsis inferimus, ne affectus nostri sese extrinsecus prodant. Itaque si corpus facilius subjicitur; si initium decedendum est ex regimine gestuum, motuumque omnium illius, & alioquin frustra aliquis in virtute progressus expetitur; nonne hinc sequitur, modestiam, que iusta, & constans est totius externe speciei mortificatio, futuram quoque viam subigendi animi affectus, qui

Exterior modestia cum interiori esse debet conjuncta, sine qua nullus est merit.

Religiosus modestus esse debet.

Exterior modestia ratio valida est interioris oblatione, que in affectuum mortificatione consistit.

Modestia palam, & in servanda.

Humilitatis, & modestiæ concordia.

Modestia adolescentium maxime decet.

Quam et se debet exteriori in actionibus modestia.

Modestia in templo postferam servanda.

De modestia virtutum.

Quomodo i. Petrus de modestia loquitur.

Modestia pro cultivi modo Christianis mulieribus est necessaria.

Modestia ad sanctitatem acquirendam necessaria.

Sententia S. Basilii de modestia que in Christiana virgine relucere debet.

Externa moderatio necessaria, & quæ.

Perfecta modestia virtus est difficilis acquirenda.

Vere modestie exemplum.

Modestia ad sanctitatem acquirendam necessaria.

